Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



chorus · uduentum dni saluatoris desiderans · petit ut omne perditum reuocare pietatis suae munere dignetur · ipse enim nobis omnium consummatio uirtutum · quem quicumq· uidere meruerit · nil ultra quaerere opus habebit · ipsius e signum quo redempti cunimus · signatum est super nos lum uultus tui dne 7

Cum petit chorus scorum orationem suam conspectui dominico propinquare · Ostendit multum esse longe ab eodem do praesentiam peccatorum 7 quoniam illi nulla fiunt proxima · nisi quae fuerint scta te purgatu 7 petit itaq· ut secundum eloquium di sapiat · ne per uanitatem humanae prudentiae submergatur 7

APPROPINQUET deprecatio mea in conspectu tuo dne iuxta eloquium tuum da mihi intellectum 7

Nam qui ante dixerat appropinquet · Nunc dicit intret 7 prius enim fuerat ut appropinquaret · Deinde ut ad conspectum di intrare potuisset · quatenus omnia per ipsius gratiam cognoscamus implere 7

INTRET postulatio mea in conspectu tuo · secundum eloquium tuum eripe me 7

Cruciant labia ymnum · quando spu di repletu ad superna intellectum disponitur · Sermo sensus diuini 7 cum docueris me · Promittit enim gratiam suae deuotionis cum di donaverit suscipere 7

ERUCTABUNT labia mea ymnum · cum docueris me iustificationes tuas 7

Nihil enim est aliud in eloquiis tuis dne · nisi pax · et aequitas uel uita 7 hoc corde credam · hoc labis loquar · hoc lingua pronuntiem 7

PRONUNTIABIT lingua mea eloquium tuum · quia omnia manda